Año 30.° Sábado 27 de Octubre de 1883. N.° 25.°

✝

# BOLETIN ECLESIÁSTICO

DE LOS OBISPADOS DE

# SALAMANCA Y CIUDAD-RODRIGO.

Sumario. Conferencias morales.—Resoluciones de la S. Congregacion del C. respecto de la misa pro-populo.—Otra sobre distribuciones canónicas.—Reglamento del Estudio eclesiástico de Ledesma.—Donativos para el R. Pontífice.—Id. para los pueblos perjudicados por la tormenta.

## Collationes Morales.

### Pro die 19 Mensis Novembris.

### QUÆSTIO THEOLOGICA.

Quomodo virtutes morales distinguantur ab intellectualibus. S. Thom. Sum. Theol. part. 1.ª, 2.ª quæst. 58.

Universidad Pontificia de Salamanca

## CASUS CONSCIENTIÆ.

Noster ille medicus Pelagius quem in arte medendi novimus peritissimum, pristinæ suæ sententiæ immemor, absque ulla hæsitatione credit et docet, fœtum animari á primo instante suæ conceptionis, et tamen, data occasione, semper restitit suis collegis cœsaream, ut ajunt, operationem consulentibus, matre vivente vel jam mortua; nihil præterea curans de fœtus baptismate.

Hinc quæres: 2.° Quid facere et docere debent Parochi et Confesores circa casum, ut matris et filii bono provideatur?

1.° Quid de sepelio matris cujus fœtus aqua baptismatis non fuerit lustratus?

3.° An et quomodo peccet Pelagius?

## EX RE LITURGICA.

Quomodo fieri debeat absolutío tumuli, et an omnibus diebus?

## RESOLUCIONES
## de la Sagrada Congregacion del Concilio.

### Misa parroquial.

—

*Síntesis del caso.*

Expuso á la Sagrada Congregacion un Prelado que sus diocesanos suelen asistir á la Misa parroquial que con canto y explicacion del sagrado Evangelio se cele-

Universidad Pontificia de Salamanca

brase en sus respectivas parroquias, persuadidos de que aquella se aplica por el pueblo; pero como esto no sucede más que cuando la celebra el párroco, y teme que, de advertirlo el pueblo no sería la Misa tan concurrida, pregunta: 1.° *Si la predicha costumbre será suficiente causa para que el párroco encomiende á otro la Misa pro-pópulo*: 2.° *Que en caso negativo se conceda esta facultad.*

Es doctrina cierta, declarada en el Tridentino, que el párroco está obligado por derecho divino á aplicar la Misa por sus fieles. Respecto de los dias en que les incumbe esta obligacion, está decretado en varías Encíclicas y resoluciones de las Congregaciones, que son los Domingos y dias festivos, incluso los recientemente suprimidos. Esta obligacion convienen los canonistas y teólogos en que es personal; y, por consiguiente, los párrocos deben satisfacerla por sí mismos, siempre que una justa causa no se lo impida.

La razon arriba expuesta de la pía credulidad de los fieles, no parece suficiente para poder encomendar la Misa á otro sacerdote, ni debe temerse inconveniente alguno, si se instruyen los fieles de que nada pierden con ello, y que les será muy útil asistir á la misa cantada y á la predicacion del Evangelio.

Por el contrario, aunque la referida obligacion sea de derecho divino, es igualmente cierto que pueden los párrocos satisfacerla por otros, cuando estuvieren legítimamente impedidos, como está resuelto en varios casos por la Sagrada Congregacion.

Dudándose empero de la suficiencia de las causas alegadas, se sometieron éstas á la resolucion de la Sagrada Congregacion del Concilio, la cual en 9 de Abril

Universidad Pontificia de Salamanca

de 1881 respondió *negativamente* al primer extremo: y respecto del segundo, *que no convenía*.

De lo dicho se infiere:

1.° Que la obligacion de aplicar la Misa por el pueblo es en tal grado personal, que no pocas veces ha sido condenada por la Sagrada Congregacion del Concilio, como contrario, la costumbre de satisfacer por otro á dicha carga.

2.° Que el Tridentino impone á los que tienen la cura de almas, y no á otros, la obligacion de conocer á sus ovejas y aplicar por ellas, si no estuvieren impedidos, el santo sacrificio de la Misa.

3.° Que, fundada en esta disposicion tridentina, la Sagrada Congregacion del Concilio ha resuelto, siempre que se ha ofrecido algun caso, que los párrocos debian cumplir por sí mismos, y no por otros, todas las cargas parroquiales y principalmente la de celebrar Misa por el pueblo.

4.° Que las circunstancias alegadas en el presente caso no constituian, á juicio de los EE. PP. causa justa para que los párrocos continuáran cumpliendo por otros esta obligacion personal; y por esto se acordó negativamente y se negó la autorizacion solicitada.

Universidad Pontificia de Salamanca

# S. C. CONCILII.

## FRUCTUUM ET DISTRIBUTIONUM.

Die 17 Decembris 1881.

COMPENDIUM FACTI. Hispanicus Presbyter Henricus SSmo. Patri retulit: anno 1869 civile Gubernium renuisse solvere assignationes, ex concordato debitas, clero saeculari: hinc sese, rerum penuria, adactum fuisse propriam Cathedralem derelinquere, ut sibi victum compararet. Quas assignationes, vero, prosequitur, persolutas fuisse a Gubernio anno 1879: ast Capitulum et Episcopum sibi denegavisse omnes fructus et reditus, tempori suae absentiae a Dioecesi respondentes; quamvis illi pernovissent legitimam discedendi causam. Episcopus de more rogatus respondit: nedum ex iniqua gubernii lege nunc miserrimum Cathedralium factum fuisse statum, sed etiam ex prava nonnullorum beneficiatorum consuetudine (quibus orator accensendus est) qui ad ecclesiam accedentes, venisse potius videntur ad divitias aucupandas, quam ad juge reddendum Deo servitium. Quum autem, ait Episcopus, oratoris absentia damnabilis omnino sit, ex quo defuit justa abessendi causa, et superioris licentia, ideo fieri nequit quod ego ejus non obsistam petitionibus.

### DISCEPTATIO SYNOPTICA.

QUAE FAVENT CANONICO HENRICO. Qui infirmitate aut alia rationabili corporis necessitate laborant, excu-

Universidad Pontificia de Salamanca

santur a lege residentiae, ac veluti praesentes in choro habentur ad hoc, ut sive praebendae fructus, sive quotidianas distributiones lucrentur. Nam postquam Bonifacius VIII *cap. Consuetudinem de Cleric, non resident*, *in* 6.° generatim constituit, absentes a choro distributionibus carere, haec statim adjungit: «Exceptis illis quos infirmitas, seu justa et rationabilis corporis »necessitas, aut evidens Ecclesiae utilitas excusaret». Quae Bonifacii dispositio renovata et confirmata fuit a Tridentino *cap.* 12 *sess.* 24 *de Reform.* Ast canonicus Henricus non sponte, sed necessitate coactus, nempe egestate qua premebatur, residentiae locum deseruit; ergo debentur eidem tum fructus praebendae tum quotidianae distributiones. Neque de hoc dubitar[1] potest, quum Hispaniarum civile gubernium, dotem Clero in Concordato assignatam non persolverit: ex quo fiebat ut Ecclesiae ministri huc illuc vagari cogerentur, ut sibi compararent media ad vitam alendam.

Neque adesse potest dubium quin inter rationabiles causas cooptanda sit egestas, seu deficientia mediorun ad honestam sustentationem vitae. Mens enim Bonifacii in dicto capite unico: «fuit excludere ab istis dis»tributionibus negligentes vel contemnentes residere, »non autem impotentes; et impotentia dicitur quando »absentia non est voluntaria, sed ad aliquo facto cau»satur, ita ut non stet per Beneficiatum quominus resi»deat», uti optime perpendit *Rota decis* 808, *núm.* 8 *et s eqq coram Molines.* Praeterea Canonicus Henricus locum residentiae deseruit, veniam obtinendo a Vicario generali Episcopi, qui tunc absens erat.

At hoc etiam praetermisso, explorati juris est quod,

Universidad Pontificia de Salamanca

quando urget necessitas locum residentiae deserendi, Episcopi licentia non requiritur, ceu docet *Rota cit. decis.* 808 *num.* 8 *et seqq. cor. Molines*—ibi—«Imo ur»gente necessitate non residendi, nec opus est dicta li»centia pro lucrandis fructibus et distributionibus quo»tidianis; ut firmant DD. in *dict. cap. un. de Cleric non resid. in* 6.°.»

Quod si per hipothesim defuit justa causa deserendi locum residentiae; quidquid sit de distributionibus quotidianis, citra justitiam fructibus canonicatus privatus fuisse videtur, quia servata non fuit Tridentina forma *sess.* 22 *cap.* 12 *de ref.* quam quidem conciliarem formam necessario servandam esse, sub poena nullitatis actorum, docet *Ferraris Bibl. can. verb. Canonicatus, art.* 5 *num.* 20. Consonat autem S. C. C. constans jurisprudentia, ceu videre est in *Cathacen. die I Novembris* 1671: *Ferentina Residentiae* 20 *Decembris* 1820; *Mexicana Residentiae* 12 *Julii* 1713.

Fortius autem improbanda videtur agendi ratio Capituli Hispanici, quia non solum haud servata graduali conciliari fructuum privatione, contra Canonicum Henricum processit; sed neque eum monuit, neque citavit; ceu jura praescribunt, et S. C. C. resolvit in *Vercellen. lib.* 1. *Decret., pag.* 190. Haud insuper obliviscendum est, omnes fructus massae Cathedralis illius consistere in quotidianis distributionibus; quo casu, juxta Tridentinum tertiae partes habent rationem praebendae, tertia autem pars pro distributionibus assignatur, S. C. C. in *Brixien. Servitii chori* 14 *Augusti* 1880; *Cephal. Distr.* 31 Martii 1870. Concludendum ergo videtur deberi Canonico Henrico saltem praebendae fructus.

Universidad Pontificia de Salamanca

Quae canonico Henrico adversantur. Orator Capituli autem quinque inixus argumentis, contendit nullus deberi Canonico Henricu fructus suae praebendae.

Ac primum argumentum aggrediens ait: quod ex ipsa fundatione Cathedralii omnes redditus ejusdem semper efformabantur ex solis distributionibus quotidianis; adeo ut ex hac ratione distribuendi fructus, legitima consuetudo enata sit, quae cum prae oculis habita fuerit in statutis a Capitulo efformatis, in legem statutariam conversa fuisse videtur. Porro hujusmodi statuta, à Paulo III aprobata, duo haec praescribunt in capite 21, scilicet ut fructus omnes in distributiones invertantur, atque ut eas qui Choro intersunt percipere valeant—ibi—«secumdum vetera statuta »hujus sanctae Ecclesiae, hac in re confirmata per «Bullan Apostolicam (Pauli III) declaratur, ut omnes «fructus in distributiones quotidianas invertantur, ita »ut ad hoc ut suas faciat residens, Choro debet inte- »resse cunctis diebus et horis canonicis anni.» Fundatio autem et consuetudo haec respondet votis Ecclesiae universalis et legi Tridentinae *Sess.* 21, *cap.* 8 quae decernit, tertiam *saltem* praebendae partem invertendam esse in quotidianas distributiones, ubi nullae sunt distributiones. Quod fuse demonstrat Card. De Luca *in Adnot. ad Concil. Trid., disc. 15, num. 9.*

Secundum argumentum depromit orator ex jurejurando a Canonico Henrico praestito servandi, et servare faciendi praefata statuta; juramentum siquidem sancte servandum esse omnis lex clamat, et docet Reiffenstuel *in Cap. de jurejur. lib.* 2, *h. t. num.* 90:

Universidad Pontificia de Salamanca

quoties, res quae juratur non sit illicita, vel contra bonos mores, vel impossibilis.

Ad tertium argumentum accedens Orator animadvertit quod eo fortius Canonicus Henricus fundationem, consuetudinem, et statuta servare debet, quia Concilium Tridentinum illis non obstat. Re sane vera in Con. Trid. *Cap.* 3, *Sess.* 21 *de Reform*, dum statuitur quod ubi nullae sint distributiones quotidianæ *saltem* tertia pars præbendarum in distributionibus reducatur; adjiciuntur verba sequentia: «salvis tamen »consuetudinibus earum Ecclesiarum, in quibus non »residentes, seu non servientes nihil vel minus tertia parte percipiunt» Quum igitur in casu consuetudo, et statuta hujus Ecclesiae *nihil* concedant non interessentibus, evidentissime concluditur. Canonicum qui abfuit, nihil posse lucrari.

In quarto et potiori argumento Orator ostendit Canonicum Henricum nullam habuisse justam et legitimam abessendi causam, neque Ordinarii licentiam, quae duo ex Barbosa, *de Canon. et dignit.*, *Cap.* 24, *n.* 1, copulative sunt necessaria. Praeterea Canonicus Henricus falsi redarguendus est quando S. Congregationi declaravit ideo abfuisse, quia alibi quaerere debebat victum et vestitum: nam Gubernium omnes retribuit assignationes eidem canonico, prae aliis, quia juravit civilem constitutionem. Idem autem omne percepit emolumentum, dum in Choro praesentes nihil perceperunt, quia jurare toti, viribus renuerunt. Quum igitur *habitualiter* a Choro abfuerit, illi distributiones non debentur, teste Barbosa, *de Canon. et Dignit.*, *Cap.* 222 24, 35 *et* 36. Tandem excluditur paupertas quia Canonicus Henricus longa et multa confecit itine-

Universidad Pontificia de Salamanca

ra, domumque sibi extruxit cum oratorio privato. Ast dato quod causa justa abessendi adesset, haec ab Episcopo recognosci debuit: atqui Canonicus discessit quin peteret licentiam ab Episcopo, ergo omni jure destituitur ad distributiones lucrandas.

Ad ultimum argumentum quod attinet Capituli defensor sustinet in casu de quo agitur, opus haud fuisse citatione ad residendum, ceu ex adverso objicitur, antequam Canonicus Henricus ad distributionum privationem condemnaretur. Formalis namque citatio ad residendum, a Tridentino praescripta, tunc tantum requiritur cum agitur de privatione fructuum et Beneficii, non vero, ceu in themate contingit, quando agitur de amissione distributionum quotidianarum, teste Barbosa *loc. sup. cit.*, *cop.* 22, *n.* 55.

Capituli Defensor commemoravit etiam Resolutionem editam, a S. C. C. in *Oxomen.* die 14 Agusti 1880. In ea Canonicus absens quia ex interessentia mortem timebat, ex eo quod Constitutionem civilem jurare recusaverat; nihilominus Statutis exigentibus illius praesentiam, quia ipse discesserat suo lubitu, quin Episcopus justam abessendi causam agnosceret, S. Congregatio ad dubium: *An et qui fructus praebendae canonicalis, et quae distributiones pro absentiae tempore debeantur Sacerdoti Josepho Mariae de Bulucua in casu?* respondit: *Negative, excepto tempore, quo judicio Episcopi, rationabilis adfuit absentiae cauas.*

Ex hac definitione a S. C. C. duo confirmata fuisse assserit; nempe quod unus Episcopus sit judex de legitima abessendi causa, quodque Statuta, quae jubent omnem reditum in distributionibus quotidianis ero-

Universidad Pontificia de Salamanca

gandum, conformia esse juri communi, et propterea adamussim servanda.

Hisce pro utraque parte praemissis, propositum fuit enodandum sequens.

DUBIUM.

*An et quae distributiones pro absentiae tempore debeantur Canonico Henrico in casu?*

RESOLUTIO. Sacra C. Concilii, re perpensa, sub die 17 Decembris 1881 censuit respondere:

*Negative in omnibus et amplius.*

EX QUIBUS COLLIGES:

I Ceu alias innuimus ex jure certum esse, negligentes vel residere contemnentes, suas facere non posse quotidianas distributiones, quae interessentibus tantum conceduntur.

II. Ab hac juris sanctione excipi tantum illos, quos infirmitas seu justa et rationabilis corporis necessitas, aut evidens Ecclesiae utilitas excuset; quae tamen justa causa Episcopo cognita esse debet.

III. Juxta de Luca *Adnot. ad Concil. Trid., disc.* 15, *n.* 15 commendabilem esse mentique Tridentini consonam consuetudinem «reducendi omnes praeben»das, totumque mensae capitularis assem ad formam »distributionum».

IV. Canonico in themate rite denegatos fuisse omnes praebendae fructus pro toto absentiae a Dioecesi tempore, quia nec adfuit a jure admissa excusationis causa, neque Episcopi venia: quibus suffultus consequi valeret canonicus reddıtus sui canonicatus, qui, justa consuetudinem et statua capitularia erogantur per integrum in distributionibus quotidianis.

Universidad Pontificia de Salamanca

# REGLAMENTO

## del Estudio de la Purísima Concepcion en Ledesma.

Art. I. El fin que se proponen los Fundadores de este Estudio es facilitar la carrera eclesiástica á los jóvenes de Lesma y sus alrededores, que se sientan con vocacion al estado sacerdotal.

Art. II. Este Estudio depende en su direccion literaría y disciplinar del Excmo. Sr. Obispo de la Diócesis, que ha delegado sus facultades en el Rector del Seminario Conciliar Central de S. Cárlos; y se gobierna en el método de sus estudios, libros y demás por las prescripciones que de él recibe.

Art. III. Los profesores son dos eclesiásticos nombrados por el Sr. Obispo, los cuales se distribuyen las asignaturas en esta forma; uno se ocupara en la enseñanza del latin y otro en la de geografía, historía y matemáticas.

Art. IV. Los profesores se sujetan en el método de enseñanza al plan que se les prescriba de antemano.

Art. V. La clase de latin se divide en tres secciones denominadas, de menores, medianos y mayores, ó ínfima, media y suprema. La de ínfima abraza el estudio y práctica de rudimentos y analogía; la media, la sintáxis y ejercicios de version y composicion; la suprema la prosodía y ejercicios de traduccion é imitacion.

Art. VI. El Superior del Estudio mandará todos los años en el primer mes de curso al Seminario la lista de los alumnos con especificacion de la clase á que pertenecen.

Universidad Pontificia de Salamanca

Art. VII. Los alumnos incorporan sus estudios cuando hayan terminado los tres cursos; sin embargo, puede un alumno presentarse á incorporar año por año; ni se requiere para la incorporacion de los tres cursos que los haya verificado precisamente en tres años, pues sólo se exige que á juicio del Superior esté en disposicion de poder probarlos.

Art. VIII. El curso comenzará el 1.° de Setiembre; dos veces al año será visitado el Estudio por el Rector de Salamanca, el cual asistirá por sí ó por un delegado suyo en los dias que designare, á los exámenes de los alnmnos.

Art. IX. Para ser admitido un alumno, es necesario: 1.° dirigir al Superior del Estudio una nota en la que se expresa el nombre, apellido y estudios del aspirante: 2.° tener 10 años cumplidos: 3.° hallarse impuesto en la doctrina cristiana, lectura, escritura y gramática castellana.

Art. X. En la educacion de los alumnos se emplearán con preferencia los medios de dulzura y emulacion, procurando prevenir las faltas para no tener que castigarlas. El alumno cuya conducta exigiese medios habituales de rigor, el incorregible en su desaplicacion, el que con su mal ejemplo fuese perjudicial á los demás, no podrá continuar asistiendo á clase.

Art. XI. El curso termina á fines de Julio con los exámenes ordinarios: no habrá más vacaciones extraordinarias que las de Navidad, desde el 24 de Diciembre hasta el 1.° de Enero; desde el Miércoles Santo hasta el tercer dia de Pascua, y tres dias en Pentecostés.

Art. XII. Ninguno sin particular permiso, estará

Universidad Pontificia de Salamanca

dispensado de la exacta y puntual asistencia á todos los ejercicios de piedad ó literarios, en los cuales tomará siempre su sitio con el mayor órden, silencio y compostura.

Art. XIII. Todos deberán frecuentar los santos Sacramentos una vez al mes por lo ménos.

Art. XIV. Asistirán cada dia al santo Sacrificio de la Misa, que para ellos expresamente se celebrará á la hora y en el lugar que se señale.

Art. XV. En el Estudio se presentarán con traje modesto, decente y sobre todo limpio.

Art. XVI. Fuera del Estudio evitarán cuidadosamente toda disputa, riña, palabra injuriosa ó poco decente, todo juego, reunion ó lugar que desdigan de la piedad cristiana y de la buena educacion.

Art. XVII. Para el estudio asistirán al lugar que les fuere designado y observarán la distribucion del tiempo y el método en el uso de los autores y libros, que les prescriban, aprovechándose de cuantos medios se les sugieran para adelantar al mismo tiempo en virtud y ciencia.

Art. XVIII. El alumno que no quiera someterse á estas disposiciones ni cumplir los castigos que por sus faltas deban imponérsele, no podrá continuar asistiendo á este Estudio.

A. M. D. G.

Universidad Pontificia de Salamanca

## Continua la lista de donativos para el Padre Santo.

| | Reales. | Cts |
|---|---|---|
| Suma anterior. . . | 32.617 | 44 |

El Párroco y algunos feligreses de S. Morales.—32 Id. de Pedrosillo el Ralo 20.—El Párroco y feligreses de S. Cristobal de la Cuesta 218.—El Párroco de Calvarrasa de Abajo 20.—María Diego de id. 4.—Aquilino Garcia 4.—D. Ramon Cortés 20.—El Párroco y feligreses de Villaseco de los Gamitos 180.—El Párroco de S. Boal de esta ¡Ciudad 40.—El Párroco y algunos feligreses de Cabeza de Framontanos 100.—D.ª Catali na Baquero 10.—D. Manuel Mezquita 4.—El Párroco de Salvatierra de Tórmes 20.—D. Eusebio Diaz de id. 10.—D. Esteban García de id. 8.—D. José Gonzalez de id. 4.—D. Daniel Gonzalez 4.—D. Baltasar Torres 4.—Una persona devota 50.—Varios vecinos de la misma 34.—El Ayuntamiento del mismo 50.—De la 2.ª Conferencia de Sras. de S. Vicente de Ciudad-Rodrigo 72.—El Párroco de Castellanos de Villiquera 20.—Eduardo Gomez feligres de id. 8.—El Párroco de los Santos 100.—Un Sacerdote de esta Sta . Iglesia Catedral 100.—El Párroco y feligreses de Zafron 100. —El Párroco de Gajates 100.—El Párroco de Añover de Tórmes 30.—El Teniente Párroco y algunos feligreses de Monterrubio de Armuña 50.—El Párroco de Trabanca 30.—El del Campo de Ledesma y sus feligreses 50.—El de Huerta 60.—El Ecónomo y Coadjutor de la Catedral de Ciudad-Rodrigo 68.—El Párroco de Vallesa por 2.ª vez 12.—Algunos feligreses de

Universidad Pontificia de Salamanca

id. 43'50.—El Párroco de Garcirrey 28.—El de Barbadillo 20.—El Ecónomo y feligreses de Villarmayor por 2.ª vez 80.—El Párroco de la Peña 40.—El Capellan de Sta. Ursula de esta Ciudad 20.—El Párroco y algunos feligreses de Zarapicos 40.—El de Sto. Tomé de esta Ciudad 30.—El de Parada Rubiales 48.—El Párroco y algunos feligreses de Yecla 120.

TOTAL. . . . 34.710 94

*Continúa la lista de donativos para socorrer á los labradores perjudicados por la tormenta.*

Reales. Cts.

SUMA ANTERIOR. . . . 1352

El Párroco de Calvarrasa de Abajo 10.—Ilario Sanchez de id. 4.—José Diego Barrado de id. 6.—María Diego Curto de id. 4.—El Párroco de S. Pedro y San Fernando de Ledesma 10.—Sebastian Blanco de id. 2. —Manuela N. de id. 1.—El Párroco de Tremedal 40. El Párroco y algunos feligreses de Calzada de Valdunciel 27.—El de S. Morales 8.—El Párroco y algunos feligreses de Carbajosa de Armuña 19.—El Párroco de Salvatierra de Tórmes 10.—D. Eusebio Diaz de id. 10.—Esteban García de id. 12.—José Gonzalez de id. 6.

*Total.* . . . . 1521

(*Se continuará.*)

Salamanca. — Imp. de Oliva.

Universidad Pontificia de Salamanca